



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio octaua. Vtrum corpora gloriosa habeant charitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

dicit Aug. q̄ erit par celeritas, intelligendum est quantū ad hoc q̄ erit quasi imperceptibilis excessus vnius respectu alterius propter miram celeritatem motus: propter quam aliqui dixerunt quod talis motus fieri in instanti, quia fieri in tempore quasi imperceptibili.

20 Ad tertiam dicendum q̄ illud quod modicū est nihil habere videtur, vt dicitur. 2. Physi. & ideo dicimus statim esse factum, quia factum est post modicum: & sic per hunc modum dicit Aug. q̄ vbi spiritus voluerit, statim corpus erit, quia cito potest. Iterum voluntas beatorū erit ordinata ut non vellet se esse aliqui pro aliquo in instanti pro quo non possunt ibi esse. Et ideo quodcumq; instantis determinabit voluntas pro illo erit ibi corpus, igitur &c.

QVÆSTIO OCTAVA.

Vtrum corpora gloriofa habeant claritatem.
P Ostea queritur vtrum corpora gloriofa habeant claritatem. Et arguitur q̄ non, quia lux & color requiriunt in corpore dispositiones contrarias, quia lux requirit corpus perspicuum non terminatum per opacum: color autem requirit perspicuum terminatum, vt patet ex lib. de seniū & sensu, sed confat q̄ corpora gloriofa erunt terminata colore, cum color pertineat ad pulchritudinem corporis, ergo non erunt clara seu lucentia.

2 Itē corpus lucens nō est per viuū visuī, sed occultat quod est post se (vt patet de corporibus astrorū & de igne apud nos) sed corpora gloriofa erunt per viuū visuī. Dicit enim Gregor. 18. moral. expōns illud Iob. 22. Non adæquabitur ei aurum vel vitrum quod patebit corpora libis oculis, ipsa etiā interior corporis harmonia, ergo (ve videtur) illa corpora non erunt lucentia.

3 Item corpus clarum vel lucens præfens visuī ex necessitate videtur, sed corpus Christi quod erat gloriofum præfens visuī discipulorum euntium in Emmaus non fuit visum clarum, nec lucens, ergo &c.

4 IN Contraria est scriptura in quamplurimis locis dicit enim Sapien., q̄ fulgebunt iusti tanquam scintillæ in arundinero, & Mar. 1, fulgebunt iusti scint. sol, &c. Et i. Corin. 15. stellæ differt a stella in claritate, sic & refrectio mortuorum.

5 R E S P O N S I O . Aduertendum est q̄ nomen claritatis quantum ad suam primā impositionem importat proprietatem luminis, sicut & suum oppositum, i.e. obscuritas importat conditionem seu proprietatem oppositam contrariæ vel priuatitudinē lumini. Sed quia mediante lumine perficitur in nobis prima & potissima cognitio sensitiva quā habemus, scilicet visuā, per quā res potissimum nobis manifestantur, & cuius natura transfert ad omnes alias cognitioēs per quas aliqua veritas nobis manifesteretur: ideo nomen claritatis trasfertur ad omnē manifestationē veritatis, vnde omnē veritatē nobis manifestā dicimus esse clarā, & per cōsequens omne quod est sui per manifestatiū dicimus esse clarum.

6 Et secundum hoc potest dici q̄ claritas erit dupliciter in corporibus gloriofis. Primo secundum ultimū modum, i.e. inquantū clarum dicitur illud quod seipsum bene manifestat tanquam habēt puritatem naturae suae speciei. Sic enim corpora gloriofa erunt clara, quia qualitates eius maxime ad viuū pertinentes (vt color & figura) erit purissimum nihil impuritatis habentes admittū, & hoc nullus negat. Sed quantum ad primū modum potest dici q̄ claritas erit in corporibus gloriofis dupliciter. Vno modo sicut est claritas in corporibus bene terris & politis ex incidentia radiorū solis vel alterius corporis luminosi: quia claritas est valde magna, si corpus sit politus valde & tersum, sicut aurum vel argentum, vel gladius valde limatus. Constat autem quod corpora gloriofa erunt valde polita & terfa, propter quod ex incidentia radiorum solis & aliorum luminarium fulgebunt maxima claritate, nec adhuc est aliqua dubitatio.

7 Alio modo ponitur in corporibus gloriofis claritas a quibusdā dicētibus, q̄ sicut lux est intranea qualitas solidis vel alterius corporis luminosi, sic etiam erit intranea claritas corporibus gloriofis.

8 Et illud est difficultas ad intelligendum. Primo, quia talis claritas nō videtur ponenda in corporibus gloriofis propter hoc q̄ magis delectet viuū aspicientium;

Sancto Porciano

qua nos experimur q̄ maior delectatio est in aspiciendo pulchritudinem coloris & figuræ hominis, q̄ in aspiciendo claritatem solis etiam in eius aspectu non laedetur visus. Secundo, quia difficile est videre quomodo color & lux intensa (qualis secundū hanc opinionem ponitur in beatis, ponitur enim æqualis luci solis) posse stare cū colore, nihilominus propter hoc nō est negandum quin deus posset dare talēm claritatem corporibus gloriofis. Cuius ratio est, quia illa quæ secundum naturā possunt stare simul viroq; vel altero existente in gradu remissio sue speciei, possunt virtute diuina simul esse viroq; existente in gradu intensissimo sua speciei, sed lux & color sunt per naturam in eodem subiecto viroq; vel saltem altero existente in gradu remissio, ergo virtute diuina possunt esse simul viroq; existente in gradu intensissimo. Maior patet, quia illa quæ sunt separatarū specierū & compatiuntur se in aliquo gradu nō habent formalem oppositionē, quia formalis oppositio seruat in toto ambitu: que autem nō habent formalem oppositionē, possunt secundum totum ambitu suę specieī simul esse virtute diuina, quia ibi nulla implicatur contradiccio loquendo de formis diversarum specierū. Minor similiter declaratur, quia in nostrarū simul sunt color & lux ut appareat ad sensum, & sic videtur q̄ virtute diuina corpora gloriofa possunt simili esse colorata & lucentia.

9 Ad argumenta in oppositum respondendum. Ad primum dicendum q̄ lux & color nō requirunt necessario operationes dispositiones in subiecto ab solle, sed per comparationem ad causam naturalem effectuam quæ non potest causare colore, vel lucem in subiecto nisi mediatis bus aliis quæ respectu coloris & lucis ponunt contrarias dispositiones. Claritas autem quæ erit in corporibus gloriofis nō erit à causa naturali, sed immediate à deo, & ideo nō requirunt in subiecto dispositionē colori contrariam. Et si quis querat quid istorū videbatur in corpore gloriofo lux an color? Dicendum est q̄ vtrūq; simul: q̄ enim ista simul nō videbatur in noctilucis causa est, quia de die quando color corum videbatur lux seu claritas corum quæ est minima nō appareat propter præsentiā maioris claritatis scilicet solis. De nocte vero eorum lux videbatur & non color, quia color nō percipitur nisi medium illuminetur: est enim color motius viuis secundum actum lucis, vt dicitur secundo de anima. Lux autē ratiū nō sufficit ad illuminandū medium sic ut color videbatur, quanvis sufficiat ad viuū quoad seipsum.

10 Ad secundū quod corpora bonorum possunt esse per viuū respectu oculi beati propter poros subtilissimos in eis existentes, qui propter efficaciam oculi glorificati sufficiunt ad manifestandū interiorū corporis quantum operer, & nihilominus cum hac perciūtate optimè stat quod colorata vel lucentia, licet non bene appareat quomodo possent esse simul per viuū ut vitrum, & lucentia ut sol.

11 Ad tertium dicendum quod corpus clarum seu lucentia præfens viuū bene dispositio necessario videtur, nisi virtute diuina impeditur actio visibilis in viuū. Sed quia beatis ad nutum assister diuina virtus, ideo beati nō est, sed ex diuina virtute assistente possunt facere quod claritas eorum præfens viuū nō immutet ipsum. Nec bene appareat quomodo hoc possit fieri circa corpus gloriofum virtute animæ, quia non est in potestate virtutis creaturae suspendere actionem naturalem actiū in passiuū approximatū & dispositū, sicut nō est in potestate hominis, vel angelī & ignis approximatū stupra non combatit eam: & similiter nō videbatur quod sit in potestate animalium quantumcunq; glorificare, q̄ corpus suū si sit lucēs, & clarum, & præfens viuū non immutet ipsum, quanvis hoc possit fieri diuina virtute.

Sententia huius secundæ partis distinctionis
xliij. in generali & speciali.

D Eterminato de resurrectione bonorum: hic determinat de resurrectione malorum, & cum hoc sequitur illa pars superius diuisa, in qua determinat resurrectionem monstrorum ibi, illud etiam. Et sic sunt duas partes principales.

Lib. III. Distinctio. XLIV.

principales quartu^m prima habet duas partes. Primo enim determinat de resurrectione malorum quantum ad naturam Secundo quantum ad penam ibi, queri solet, & illa habet duas partes secundum quod duas questiones incidentes mouet. Secunda ibi, cum autem conserteret.

² PROponit ergo Magister q̄ damnati cum membris suis resurgent, sed cum Aug. relinquunt sub dubio, vtrum relungant cum deformitatibus: patientur tamē damnati in corporibus penam non tamen consumuntur, sicut animus dolorem sentit & non corpus. Deinde quæcumque verum demones corporalitatem crucientur. Et responderet q̄ ille ignis corporalis erit, & miro modo alligabitur spiritibus dæmonum, sicut spiritus nostri miro modo alligatur corporibus, & cruciabit ille ignis aerea corpora dæmonum, & ponit unum modum quem tangit Aug. super Gen. & animæ separatae gerunt similitudinem corporum & corporalium membrorum: & sic patiuntur sicut patimur in somnis dum somniam se homo ambulare, vel sedere, vel videre aliquid terrible. In fine dicit, quod fortius abortiu^m qui vixerunt in utero, matris, & monstris resurgent natura in melius reparata.

QVÆSTIO NONA.

Vtrum ignis inferni sit corporeus.

HIC queritur de his quæ pertinent ad damnatos: & primo vtrum ignis inferni sit corporeus. Et arguitur q̄ non: quia ignis corporeus agit ex necessitate naturæ, & æquilateriter in corpora eiudem rationis, si æquilateriter approximat, sed ignis inferni non ponitur æquilateriter agere in corpora omnium damnatorum, sed differenter secundum modum culpæ, ergo non est ignis corporeus. Minor probatur per Greg. 4. dialog. qui dicit sic: Vnus quidem est gehennæ ignis, sed non uno modo omnes cruent peccatores: vnuisque in quantum exigit culpa, tantum sentit de pena.

² Item locus debet correspondere locato, sed infernus non est locus corporeus, ergo nec ignis inferni. Minor probatur per Aug. 12. super Gen. ad literam vbi dicit: Spiritualem arbitror esse locum ad quæ anima desertur post mortem, non corporeum.

³ Ad idem est quod dicit Damasc. lib. 4. cap. vltimo. Tradetur diabolus & dæmones eius, & homo eius, scilicet Antichristus, & impii peccatores in ignem aeternum non materiali^m qualis est qui apud nos est, sed qualis videtur noui Deus.

⁴ IN CONTRARIUM est communis doctrina ecclesiæ, & auctoritate beati Greg. 4. dial. arguitur, qui dicit sic: Ignem gehennæ corporeum esse nō ambigo, in quo certum est dannatorum corpora cruciari.

⁵ RESPON SIO. Circa questionem istam videntur sunt duo. Primum est de igne inferni, an sit corporeus, Secundum est de loco inferni, vbi sit positus.

⁶ Quantum ad primū secundum est q̄ non potest sciens per omnino modum certitudinem qualis sit ignis inferni: unde Magister dicit in litera ex verbis Aug. Ignis aeternus cuiusmodi sit nemine scire arbitrari, nisi forte cui spiritus diuinus ostendit. Ex dictis enim sacre scripture constat ignem ibi esse, sed qualis sit non potest effici acriter ex illis dictis concludi. Vnum enim de præcipuis dictis sacre scripture ex quo magis videatur concludi quod illi ignis est corporeus videatur esse illud quod habetur Luc. 16. de diuite epulone qui dicit ad Abraham: Mitte Lazarum veintingat extremū digitū sui in aqua ut refrigeret lingua meam, quia crucior in hac flamma. Flammā enim nominat ignem corporeum. Si quis ramen aduerteret, ex illo dico potest efficaciter concludi oppositum q̄ propositū sic: Talis erat flamma quæ eum cruciabat, qualis erat lingua quam habebat, & qualis aqua quam petebat, sed confitit q̄ lingua quam habebat non erat corporea, nec digitus Lazarī corporeus, nec aqua quam petebat corporea, quia nihil valuerit ei, ergo, ut videtur, nec flamma quæ eum cruciabat erat corporea. Nihilominus tamen quanvis ex dictis scripture non possit infallibiliter hoc coniungi, tenendum est tamen illum ignem esse corporeum auctoritate Greg. & ratione probabili: auctoritas Greg. expresse est ad hoc. 4. Dial. Ratio etiam probabilis est ad idem, quia puma reprobatorum debet proportionabiliter respondere.

Quæstio IX.

402

dere præmio bonorum, sed beati non solum præmiatur in anima, sed etiam in corpore, ergo mali non solum puniuntur in anima, sed etiam in corpore, sed ille ignis, nisi esset corporalis nō affigeret corpora damnatorum: ex quo ergo ignis necessarius ponitur per auctoritatem scripturae qui cruciabit damnatos, convenientius est ponere ipsum esse corporeum iusdem speciei cum igne nostro, cum talis ignis ex se habeat corpus sensuum affigere, quam fingere nouum ignem & nouam afflictionem: & hac de causa confitetur Aug. in litera ignem quo affiguntur corpora damnatorum esse corporeum.

⁷ Quantum ad secundum, scilicet de loco inferni cōsimiliter est dicendum, quia non potest sciri per certitudinem vbi sit, vt pater per Aug. in litera, & Greg. 4. dial. dicit de hac re temere definire nūni audito. Quidam tamē dicunt infernum esse in superficie terræ ex parte opposita terra nostræ habitabili, quam partem vocant orbem tristem, & hoc videtur sensisse Isido. qui dicit, quod sol & luna post resurrectionem in ordine in quo creati sunt stabant, ne imp̄ in tormentis positi fruantur luce eorum, quæ ratio nulla esset si infernus esset infra terram: quia cū terra sit opaca, vbi cū starent sol & luna impossibile esset lumen eorum ad infernum pertingere.

⁸ Ita tamen opinio communiter nō tenetur quin potius creditur q̄ ex opposito terra nostræ habitabili nō sit nisi aqua quæ secundum naturam circulariter ambit terram, nisi quantum ex proximitate diuina nostra terra habitabili est aquis discoperta propter vitam hominis & aliorum animalium respirantium tuendā. Unde communiter tenetur q̄ infernus est infra terram, cui alludit dicta scripture in pluribus locis. Dicit enim Esaies 14. Infernus conturbans est in occurrence tui. Item articulus fidei dicit q̄ Christus descendit ad inferna, quæ quasi expoenens Apost. Ephe. 3. dicit de Christo: Quid est quod ascedit, nisi quia primum descendit ad inferiores partes terre, hoc est ad infernū, in quo insinuatur infernum esse infra terram. Ipsum etiā nomen concordat. Dicitur enim infernus, vel infernus, quia infernus iacet. Per suadetur etiam hoc probabili ratione, quia sicut est grauitas & levitas in corporibus, sic latitudo & tristitia in spiritibus: latitudo enim & tristitia sunt quasi pondus & inclinatio spiritus, sed per grauitatem corpora tendunt deossum, per levitatem vero sursum, ergo similiter locus conueniens spiritibus existentibus in perpetua latitudo, maximè refumptis corporibus debet esse sursum, locus vero conueniens spiritibus existentibus in perpetua tristitia debet esse deorsum: beati autem & nūni & post resurrectionem erunt in perpetua latitudo, damnati vero in perpetua tristitia, propter quod sicut locus conueniens naturæ beatiori erit sursum in cœlo, sic locus conueniens naturæ damnatorum erit deorsum in profundo terra, & istum locū communiter vocamus infernum. Hanc persuasionem tangit beatus Aug. super Gen. ad literam.

⁹ Ad argumenta in oppositum dicendum. Ad primum q̄ sicut corpora beatiorū erunt differentiæ gloriæ secundū differentiam meritorum, sic corpora damnatorum erunt magis vel minus passibilitate respectu penarum secundū differentiam demeritorum. Et ideo unus & idem ignis & equaliter agens quantū est ex parte sua inæqualiter affiget corpora damnatorum propter diuersam passibilitatem eorum. Vel sicut ali⁹ dicunt, ignis ille agit non solum ex virtute naturæ sue, sed ut instrumentum diuine iustitiae: propter quod actio eius modificabitur a principali agente, ut qui plus peccauerunt plus crucientur.

¹⁰ Ad secundum dicendum q̄ Aug. loquitur de anima separata q̄ non exigit locum corporealem, nam Deus potuit tam angelos q̄ animas separatas produxisse ante mundum corporeum. Et ideo si sic semper remaneret anima, ita quod nunquam corpori reuniretur non oportet ad eius punitionem assignare locum corporealem. Vel potest dici quod locus ille ad quem anima defertur post mortem dicitur ab Augustino non esse corporeus non quidem secundum se, sed ratione continentis: quia anima in eo corporaliter non existit. Vel dicendum secundū aliquos quod Augustinus loquitur opinan-

EEE 2 de